



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Archipresbyterorum seu Decanorum Ruralium officium, n. 49.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Ecclesiæres, bona, & iura quacunque in-
uenta fideliter conseruabo, nec ea aliena-
bo, malè autem alienata, quantum in me
erit, diligenter recuperare studebo. Sic
me Deus adiuuet, & hac Sancta Dei Eu-
angelia.

Quando aliò se recipere cogentur, quid
prestare debeant.

XLVIII Si contingeret (prout nuper
ex causa retorsionum factum est) Pastro-
res gregem suum cogi deserere, & aliò
migrare, id non faciant sine nostro vel
nostri in spiritualibus Vicarij consensu,
& iudicato loco, quo sese recipiant, &
non minorem curam habeant conser-
uandæ supellectilis Ecclesiæ, quàm suæ
propriæ.

Archipresbyterorum seu Decanorum ru-
ralium officium.

XLIX. Atque vt prædicta pro voto
nostro præstentur, Archipresbyteri seu
Decani rurales solliciti sint de Pastorum
suo-

suorum subditorum salute ac profectu spirituali, diligenter eorum vitæ, moribus, & doctrinæ intendentes, ideoque præter visitationem ordinariam, datâ occasione, sæpius Parochias sibi commissas inuisant, & in visitationib. suis præcipuè inquirent, an Pastores apud oves suas perpetuò habitent, piè ac laudabiliter viuant, suo, vt decet, munere fungantur, præsertim Dominicis & festis diebus in celebrâdo Missæ officio, concionando, catechizando, Ecclesiastica Sacramenta, quacunque diei ac noctis horâ requirantur promptè ac deuotè ministrando, cum debitis ritibus, cæremonijs, orationibus ac precibus in Rituali Romano seu Pastoralis libro Coloniensi Agenda appellato, ad hoc religiosè præscriptis. Et si muneri suo de sint, ad nos, nostrumve in spiritualibus Vicarium absque morâ deferant, poena suspensionis ab officio, vel alia grauiore arbitraria pro qualitate culpæ & scandali puniendos.

Pastorum quoque Vicarij, Capellani & adiutores ordinaria auctoritate Archie-